

54. *Tatis*.  
 55. *A. Titinius A. l. Scymnus Corda heic cubat*. Osann p. 554.  
 56. *Vibio Agricole .ixt annis VI*.  
 57. *T. Vibius T. l. Cerdo ollam cet.* Marini Arv. p. 712. Osann p. 553.  
 58. *Dis Manibus L. Visellius Philtatus Dumoidi coniugi suae bene merenti fecit*.  
 59. .... *C. l. Zopyro .... e P. l. Fausta .... us T. l. Ennycus .... annos II mens. VI*.  
 60. .... *qui vixit annis VII mense uno diebus XIII*.  
 61. .... *v. ann. XXIV*.  
 62. .... *vixit .... uno mens.... dies X mate.... ma feci..*  
 63. *.M... sclini ....elis qui ui..... nonagin.... oiosu...*  
 64. *.M....e.... coniug.... quae pro ....erire pa.....a.*  
 65. *.M..... et Ser... [par]entibus .... para.... [uixer]unt in se ..... la disc.....t suis lib.. [libertabu]sque pos..... .mq. saen...s.*  
 66. .... *cerunt Aeli .... ia Synethia .... cinus filius .... ia natura ..... posito extru... ertis liber....isque eorum .... fronte pedes .....ratos CCX*.  
 67. .... *nti in pace Ioannti qui bi.... VIII et m. X et di. XI depositus ....as Maias pos cons. Me[robaude et Sa]turnino vvcc.* Rossi inscr. chr. I n. 338. De origine constat ex testimonio Marini idque confirmat lapidis forma.  
 68. .... *mo et semper bene audienti ...ilio Maximo*. Osann p. 554. Rossi iudicat urbanam propter easdem causas, quas attulimus in praecedenti.  
 69. *ego Eusebius Antiocenos an' pl' m. LXX comparavi cet.* Romae in catacumbis effossam esse testatur Rossius. Cod. Marucell. A. 195 inter Boldettiana; Labus intorno due antichi epitaffi (Mediolani 1817) p. 8; Orell. 4575.  
 70. *d. o. m. filio Mercurio cet.* Rep. Romae in coemeterio Saturnini. Marangoni acta S. Vict. p. 82. Osann p. 554.  
 71. *fig. doli. de fig. Iuliae Proculae Q. Apticulae. Paetin. cos et Aieiro.*

III. In aedibus Prosp. Viscontii.

72. *D. M. Calpurniae L. f. Deuterae vixit annis IIII mensibus IIII diebus IIII* }  
 73. *D. M. Galliae Secundae quae vix. a. LXXXXX Petronius Felix matris suae bene mer. fec.* } Morigia hist. di  
 74. *L. Petronius L. l. Eros; Petonia A. L. l. Specula.* } Milano (1592)  
 p. 598.

IV. Apud Labusium.

75. *Iustine dulcis anima in pace.* Roma missa est.

673\* *M. M. M. Minicius Iustus Atilian. v. s. l. m.* (Mur. 1981, 12), qui titulus extat Cinisellae in villa Ghirlandi, extabat antea Ticini, repertus est teste Victorio Cavrezzagi in agro Placentino.

674\* Tituli duo

*imp. Caes. M. Aurelio Antonino cet.* Grut. 259, 9.  
*Aesculapio et Hygiae sacrum C. Oppius C. l. Leonas VI vir et Aug. cet.*  
 Orelli 3062.

Auximo Mediolanum ad Magnum Trivultium († a. 1518; cf. p. 627) delati sunt. Trivultius 'cum illic', Alciatus (cod. Dresd. l. 1 f. 88) ait, 'bellum gereret, ut eiecta Bocalini tyrannide urbem illam pontifici Innocentio restitueret, annuit votis eius fortuna, et recepta civitate ceu manubias quasdam ab Auximatibus id extorsit, quod trophaei loco paterno in domicilio statueret'. Posterior hodie est Mediolani in bibliotheca Ambrosiana.

675\* Tituli duo *Rammiae Callityche* (Grut. 703, 11) et *Sex. Truttredi Sex. f. Pol. Sabini* (Grut. 710, 3) quamquam in antiquissimis quibusque codicibus Cyriacanis collocantur Mediolani in muro fossarum urbanarum, vere videntur pertinere ad Anconam, ubi Redianus liber f. 107 (nam f. 79' idem habet inter Mediolanienses) aliique eos collocant. Nam Mediolanienses auctores titulos illos non norunt nisi ex Cyriacanis, sumentes Alciatus ex Cyriaco quem nominatim in his allegat, ex Alciato reliqui; contra secundum certe postea quoque Anconae prostitisse testes habemus.

676\* Titulus *imp. Caesar T. Aelius* cet. descriptus a Cyriaco Athenis (vol. 3 n. 549) in Alciati sylloge priore (ut in libro Brancacciano n. 8 et Choleriano f. 22 et apud Apianum 29, 4) legitur inter Mediolanienses. In Brancacciano locus non enuntiatur (est ibi 'ad' sequente spatio vacuo), in Choleriano tituli qui praecedat loci indicatio repetitur sic: 'in aede d. Ambrosii in porta Vercellensi'. Alciatum deinde expilarunt auctores Mediolanienses posteriores, in his Borsierius l. 4 inscr. 3, qui dare se ait 'ex Surdo'. Labusii de eius tituli origine commentariolum citavi in addendis vol. 3 p. 985.

677\* *M. Albani Raspaleti* titulus a Mur. 1628, 7 collocatus Mediolani vere est Salonitanus (v. III, 2165 cum add.).

678\* Epitaphium Cyri *QVISQVIS ES MORTALIVM* lusum antiquum Reinesius 3, 68 errore posuit Besutii in porta S. Chrysogoni.

679\* Ex medii aevi titulis Mediolaniensibus non pauci in corpora nostra se insinuaverunt, quos ut omnes recensere supervacuum, ita de quibusdam monere utile visum est.

1. Inter Cyriacana qui reperitur Tradatensis *TREBVC* (immo *I-REDVC*) *CARPENTVM BONA NOCTE VADE DORMITVM* (Cyriacus apud Scalamentium cod. Tarvis. f. 81 Med. n. 35; Alciatus Dresd. l. 2 f. 15 cet.), de eo videatur Giulinius 2, 348.
2. Tituli hi: *Veneri et | Charit. | coelum terra mare et | deum remota | mens vestro colitur | favente ductu | nostris ergo deae favete votis | Hier. Arab. Alois. f. | v. d., item: Pomonae | sac. | Harab. pomaria | isthaec amoena | Hesperidum | dona beata sibi | hospitibusque | fore delitias | numini po. | v. c* editi sunt tamquam antiqui a Io. Maria Maccio (opiniones 1598 p. 161. 162) cum praescriptione 'Mediolani in latere angulari privatarum aedium e regione templi divae Mariae Scalae' ad diphthongum *oe* caeli vocabulo vindicandam. Eisdem addito tertio Libero patri dedicato inveni in fasciculo inscriptionum repertarum Mediolani ad S. Stephani a. 1539, de quo dixi p. 628 n. X. Titulos Veneri Pomonaeque positos affert etiam Borsierius cod. 8957 f. 62 una cum tertio *Nemesti Adrastiai* .... *Hier. Ar. Volt. pater dei potenti* tamquam 'effictos ab Hieronymo Arabia'. Alibi quoque passim eos offendi, Pomonae titulum adeo admisit Reinesius 1, 189 'e conviviis Puteani'.
3. Titulus Leggiunensis anni 906 incipiens *HIC SCI PRIMI MARTYRIS* legitur apud Grut. 1162, 2 ex Bon. Castillioneo.
4. Similiter leguntur apud Muratorium tituli musei Archintiani *Curtii Villani* 1855, 8; *Manfrit* 1906, 6; *Odelberti* 1918, 4; *Hilderamni et Sagintrudae* 1885, 6; *Ariulfi Vapriensis* 1831, 8; *Arnulfi Arsaensis* 1831, 9; incipiens *+none ... materni ... illic ... nulfus* 1916, 6.
5. Ex inscriptionibus, quas servatas in S. Ambrosii refert Mazzuchellius, complures (n. 79. 84. 90—119. 122—129. 131. 132) omisi utpote medii aevi.
6. Castelsepriensis *Wideramni* hic: *P R P | HIC REQVIES|CET IN PACE | M B VVIDER|AMN QVI VI|XET IN HOC | SAECOLO AN|NVS P M XXVIII | D VIII ID SEPTEM|S |INDICTIONE X |FELICETER, editus a Corbellinio Rivista Europea* 1846, 126, a me descriptus est in museo Brerae.
7. Denique bonus Osannus p. 555, 23 cum in bibliotheca Ambrosiana titulum hunc invenisset *x|COSTANZO MARTIRE|AN CXXVII*, eo syllogem suam ornatam esse voluit, quamquam adnotans 'videtur esse novicia', sane prudenter.